


Poemata  
Latina  
Diversorum.

34.

10811

C2



Line on



I. SYLVII  
LVSVS DE  
VMBRA.

24

AD  
ORNATISS. VIRVM D. D.  
P. RVELLÆVM, IN SVPREMA

Curia Senatoreum & Ecclesie Paris.  
Præcentorem.

AD LECTOREM.

Quam vacui nummis tenuem donauimus umbram.  
In tenui labor est gratia sit tenuis.

PARISIIS,

Anno Domini 1586.

27



24

A MONSIEVR

DV BOIS.

SONNET.

*Retire toy Boré: comment ? de quelle audace  
Viens tu dedans ce bois exercer ta rigueur?  
Va, va foible guerrier, va reprendre vigueur  
Avec ton Orithye au riuage de Thrace.*

*Va t'en va commander dessus sa froide glace  
Sois de ses bois chenus l'inuincible vainqueur:  
Mais cestuy est sacré au chaste neufuain Chœur  
Il faut que par edict tu vuide tôt la place.*

*Phæbus pour ses amours veut que ses lauriers vers  
Depitent la rigueur des plus tristes Hyuers.  
Iupiter le confirme: Et que de tout encombre,*

*Du traict même (dit-il, ) qui me faict redouter  
(Le styx soit a mon vœu, afin de n'en douter)  
Ceux-là soient preseruez qui seront a son ombre.*

NVL L'A RVE' BAS.



I. SYLVII LVSVS  
DE VMBRA AD ORNA-  
tifs. Virum D. Dominum  
RVELLÆVM, in suprema  
Curia Senatorem & Eccle-  
siæ Paris. Præcentorem.

**A**dmonuit Ianus festas rediisse Calendas,  
Admonitôq; aurem vellit utrâmq; mihi.  
Obstupui! nec enim quicquã mortale sonabat

Vox, oculos vultus terret imago bifrons  
Terret imago bifrons Iani solennia vota

Poscentis, siquidem nil dare religio est:  
Et dare religio est aliquid diuina petenti,

Humanis opibus quod foret inferius.  
At gemmata Dei templis suspendere dona

Nec fortuna dedit, nec stata sacra sinunt:  
Thure, merôque patri faciebat sacra Quirino, vt  
Præsenteis reliquos posset habere deos:

Terminus agricola flores spargentis ad aras  
Seruabat fidei credita rura sua:

Quin spicis Cererem nexis & lacte piabant,

A ij

Velabant templi spiceasertafores.  
 Ast ubi fictilib. Numæ preciosa supellex  
 Aurea successit, aurea quisque petit:  
 Aureus est ollis vultus, sunt lumina, barba,  
 Ora, manûsque ambæ, pectora, cura, pedes.  
 Lignea quæ fuerat statua, est de marmore secto,  
 Et de marmorea est ænea facta modo:  
 Ænea si fuerit tota est argentea, quid vis?  
 Ornatur gemmis aurea si fuerit:  
 Thura, merum, stores, spicæ donaria ruris  
 Spernere cœperunt ditia signa deûm  
 Nec genua incerare deûm fas aurea, vulnus  
 Tu faceres potius, quàm superis faceres  
 Aurea ni statuis respondent munera, frustra  
 Diuorum ex adytis omina certa petis.  
 Omina mortales ista, & peiora sequenti  
 Cœperunt auro ponere grande decus.  
 Munera tunc locuples neglexit parua, beatus  
 Quisquis habet nummos, vilis habetur inops  
 Munera respiciunt animo gratante profecta  
 Dites non animum, munus at accipiunt.  
 Clausa etiam miseri flagitator ad ostia pulsat,  
 Diues & a misero munera quisque petit  
 Munera quisque petit diues, misero dare nemo:  
 Turba petitorum limina nostra tenet  
 Nulla salutantum, postico fallere conor,  
 Prodidit ab miserum lux inimica nimis:  
 Lux inimica tuam iussit diuertere ad umbram,

Cantanti misero non erit vusbra grauis,  
 Non erit vmbra grauis, tanto si tegmine dignor,  
 Ast poterit vires indere carminibus  
 Post statuas latitare pudet, cūm creditor astat  
 Ianus, quem stipat magna corona deūm,  
 Vmbra tuæ potis est laudis detrudere Ianum  
 Limine, eum stipet Iupiter ipse licet.  
 Illa RVELLE tui vultus me proteget vmbra,  
 Atque petitores eiiciet foribus.  
 Nec tamen hoc animo tantā decurro sub vmbra, ut  
 Exactor potius, quā dator esse velim:  
 Munera nulla peto, vultus recubare sub vmbra  
 Fas sit, poscenti ut nil dare mī liceat,  
 NIL dare nec fas est dedit alter Verrius olim,  
 Germanam NIHILI stat dare nunc animo.  
 Ecce leuem tenues dabimus poscentibus VMBRAM,  
 Pauperis hæc grata munera sume manū.  
 Vmbra contentus leuiori munere mentem,  
 Exiguum haud munus pauperis adspicies.  
 Verūm, quod munine reris, sua præmia laudis  
 Exigit vmbra comes corporis assidua.  
 Corpora sed quantis cæli tolluntur ad astra  
 Laudibus, has omnes vendicat vmbra sibi,  
 Splendida si fuerint æternæque corpora, credas  
 Adiunctam nulla posse perire via.  
 Vmbra leuis sequitur corpus graue, corpora nulla  
 Hanc spreuere sui perpetuam comitem.  
 Sive iter ingreditur corpus sub nocte silenti

Non gladios trepidat, nulla pericla fugit  
 Umbra fatigatum corpus defendit ab aestu,  
 Umbra senes animas, fessaque membra leuat  
 Nec non aëria tantum, dum vescitur aura  
 Umbra fouet, corpus fidaque persequitur.  
 Exanimum sed ubi Lethes tranauerit amnem,  
 Regnaque Tanariae uenerit atra domus.  
 Corporis atque umbra tanta est concordia, nusquam  
 Dimoueas corpus, quin moueas sociam  
 Pirithous Theseum infernas sociauit ad undas,  
 Tartara visenti sic fuit umbra comes.  
 Huius amicitiae si quis prima exordia quærat,  
 Ne longè repetat, puluis & umbra sumus.  
 Umbra sumus postquam hos vitalis deserit artus  
 Spiritus, umbrarum uadimus in numerum,  
 Umbra quidem certe forti de corpore missa  
 Imperitat reliquis, iuraque dat populis.  
 Hanc populi tenues summo uenerantur honore,  
 Et uidisse iunat, quid tetigisse manu?  
 Corpora quæ tenuere breuis dum uita manebat  
 Munera, tunc certant reddere uel paria.  
 Omnia quæ solers Nicias dum pictor adumbrat,  
 Oblitus potus creditur atque cibi,  
 Scilicet ingenti pictor percussus amore  
 Appetit extremam ponere posse manum.  
 Sed tu musa fides mœstas absiste mouere,  
 Lenibus admisce dulcia uerba iocis.  
 Principum amicitias nec spernit, nec pauperis odit

Paupe  
 Umbra capu  
 Umbra  
 Umbra Ioui  
 Umbra  
 Principi ba  
 Corpo  
 Gaudent ag  
 Sterte  
 Gaudet &  
 Fulm  
 Suauibus  
 Grata  
 Arboris um  
 Den  
 Et pecudu  
 Pri  
 Nunc don  
 Si f  
 Non tot a  
 Qu  
 Acne forte  
 Umbra  
 Pauperis a  
 Heu  
 Arboris e  
 Ex  
 Nec stipe

Pauperis & regis corpora nam sequitur.  
 Umbra caput tenuis vitat, nec despicit ullum.  
 Umbra fouet reges, umbra fouet miseros:  
 Umbra Iouis spectat quercus, humilesque miricas,  
 Umbra casas habitat, Pyramidesque ducum.  
 Principis haud plures adsunt, quam pauperis umbra  
 Corporibus, sola atque vnica semper erit.  
 Gaudent agricolæ patula sub regmine fagi  
 Stertere, dum flagrans Syrius vrit agros.  
 Gaudet & ingenuus princeps recubare ab umbra,  
 Fulmineum cursu dum fatigauit aprum.  
 Suauibus umbra etiam permiscere utile sœuit,  
 Gratâque si steterit commoda mile seret,  
 Arboris umbra leuis pendentes sustinet vvas,  
 Densa homines fessos recreat, & reficit:  
 Et pecudum omne genus sola spatatur in umbra,  
 Primi homines umbras incoluere domos.  
 Nunc domibus cupiunt umbras habitare relictis,  
 Si sol ardenteis fuderit axe faces.  
 Non tot aues videas librare per aëra pennas,  
 Quot videas umbras quærere tecta viros.  
 Ac ne fortè datam natura numine credas  
 Vmbra, permagni venit & umbra leuis  
 Pauperis auget opes, thesauros diuitis explet,  
 Hæc creditu superat prædia magna ducum.  
 Arboris ex umbra quæ vectigalia Cæsar  
 Exegit? statuens arboribus pretium.  
 Nec stipe contentus princeps fuit ille minuta,

Lucra beata petit tegmine de patulo,  
 Hoc populo gratum vitulanti, nec graue, dictum  
 Vectigal subito pendere quisquis auet:  
 Nec precium prohibet miseros, condictaque merces,  
 Dites & miseros protegit VMBRA simul.  
 Vendibilemque domum Crassi sex arboris umbra  
 Fecere, his vultis praedia nil faceres.  
 Praedia nil vultis fecit Domitius ille  
 Ferreus, haud mirum si aenea barba foret  
 Quin etiam diui curarunt arboris umbras  
 Exornant illas, muneribusque beant,  
 Victrices lauros de caelo iupiter vsquam  
 Attigit, umbra diu intemerata manet.  
 Umbra nocet nulli, prodest multis tamen umbra,  
 Umbra Ioui grata est principibusque poli.  
 Furta Iouis quondam nubes obscura retextit.  
 Sapeque Iunonem nube fesellit amans  
 Umbrarum imperium Saturni tertius haeres  
 Obtinet & leges iuraque dat populis.  
 Umbra satis nutrix est aut iniusta nouerca.  
 Umbra fouet vites & sata lata facit.  
 Populus antiquis nullo decoratur honore.  
 Quod ludunt frondes, umbraque nulla subest.  
 En ulmi quicquid frondosæ ramus opacar.  
 Nutrit & oppositas educat hæc segetes.  
 At quanto plantæ spatium concluditur umbra.  
 Nouerit imprimis prouidus agricola.  
 Arboris illius ramos quæ circinat omnes

Vmbra

Vmbra  
 Ipsa quidem sp  
 Aeria v  
 Antiquum pla  
 Vmbra  
 Umbrarum in  
 Laudant  
 Umbra igitur  
 Corpus  
 Et videre lice  
 In van  
 Non ridere li  
 Gauden  
 Denique qui  
 Vmbra  
 Verum stul  
 Trac  
 Eia age for  
 Sent  
 Nam si m  
 Splen  
 Nec tamen  
 Clau  
 Materies s  
 Exsu  
 Quod si ma  
 Ad  
 Separat h

*Umbra minor, minimo est hæc cohibenda loco.*  
*Ipsa quidem spatium tantum consumitur umbra,*  
*Aeria ut volucres celsaque templa docent,*  
*Antiquum planè est quod mi narrabat amicus*  
*Umbras sæpe viris grande fuisse decus.*  
*Umbrarum ingentem numerum perducere secum*  
*Laudant ad cœnam, lautus ut esse queas.*  
*Umbra igitur magnis cumulauit honoribus olim*  
*Corpus & à leuibus gloria sæpe fluit.*  
*Et videre licet logicos rationis inanes.*  
*In varias partes entia ferre rei.*  
*Non ridere licet steriles possuisse figuras*  
*Gaudentem, & nugas explicuisse meras.*  
*Denique quicquid agant, querunt asini super umbra,*  
*Umbra scholis asini est subdita materies*  
*Verùm stultus ego, qui nugas quisquiliâsque*  
*Tracto, venturas docta per ora viri*  
*Eia age forma triplex umbra est descripta Sophorum*  
*Sententiis, turbo, meta, columna teres.*  
*Nam si materies par sit, qua procreat umbram*  
*Splendori, fiet recta columna citò.*  
*Nec tamen ad fixas isthæc se porriget oras,*  
*Claudetur nullis umbræque limitibus.*  
*Materies superet si lumen, turbinis umbra*  
*Exsurget recti, sed pede pertenuis:*  
*Quòd si materies superetur lumine, meta*  
*Ad formam existit, sicque cacumen habet.*  
*Separat hæc luces postrema à noctibus, illo*

Tempore cuncta silent, corpora somnus habet.  
 Umbra dedit fessis requiem, artificisque labores

Cessatum duxit, sole perente Thetis.

At non artifices tantum lenimem ab umbra

Accipiunt, artes monstrat & umbra graues

Quis non egregius fateatur pictor ab umbra

Artis prima suæ ducere principia

Et maris & terra numeroque carentis arenæ

Archimedes mensor, sic elementa refert

Umbra diem multo præcessit tempore, prima

Materies nil, quàm perleuis umbra fuit

Ex illa fluere, ac retro sublapsa referri,

Rex hominum pontus, sydera terra, calor.

EN NIHILI versu germanam clausimus

Umbra.

Que capiet lucem lumine fulsa tuo.

Hos tibi cum ferimus versus pro munere, nosmet

Donamus, siquidem puluis & umbra sumus.

Tuus Io. Syluius.



AD ORNA

AVELLEVM

rem, &c

En Ianus re

Festa munera

Sed qua dona

Cum nec sor

Magno mu

Verum nec

Expectat, t

Germanam

Opro suscipe



AD ORNATISS. VIRVM D. D. P.  
RVELLEVM IN SVPREMA CVRIA SENATO-  
rem, & Ecclesix Parisiens. præcentorem

EPIGRAMMA.

*En Ianus reserat bifrons nouum annum,  
Festæ munera postulant Calenda  
Sed quæ dona feram benè exigent.  
Cum nec fors mea munerare quenquam  
Magno munere sit potens & apta.  
Verum nec tua fors remunerari  
Expectat, tenuem tibi dico umbram  
Germanam nihili hanc manu benigna  
Opto suscipe quam fero libenti.*

Tuus Io. Syluius.

*Deserit ut apparet Phœbus in orbem  
Ecce ferunt alij Phœbo. in Carmina nato*



AD GERMANVM VALENTEM GVEL-  
LIVM PIMPONTIVM IN SVPREMA PARIENSIS  
Curia Senatorem & Ecclesie Parisiensis  
Canonicum.

EPIGRAMMA.

*Stemma tua gentis si quis deducere primum  
Querat, aqua inueniet non minus esse Thale.  
Vtilitate pari confert ad commoda vita,  
Nec minus antiquum, nec minus eximium:  
Arguit hoc virtus, pietasque, fidesque suorum,  
Arguit hoc summa summus in urbe locus.  
Arguit hoc legum, iurisque scientia recti,  
Auxilio prestis quæ solet esse reis  
Querere ne tenta, Euterpe, genus, ab Ioue summo est,  
Vltimus aut saltem Delius huic pater est  
Ecce ferunt alij Phæbo, tu Carmina nato  
Defer, ut apparet Phæbus in orbe nouus.*

AD D. I.  
LOGVM  
Eccle

Aurea cum re  
Quisq  
Nullus adit li  
Ante f  
Nomina no  
Qui p  
Nomina no  
Nec  
Prestat eni  
Ingra



AD D. I. PREVOTIVM THEO-  
LOGVM ECCLESIAE PARISIENS.  
Ecclesiastem D. Seuerini Pastorem.

## EPIGRAMMA.

*Aurea cum renouat venturo gaudia Iano,  
Quisquis auet dominis numera ferre suis.  
Nullus adit limen domini quin numera figat.  
Ante fores, dominum Phœbus adire iubet.  
Nomina non soluo toties iam debita, munus  
Qui potis vt figam, nomina qui negito,  
Nomina non negito, sed tardè debitor adsum.  
Nec nomen sero soluere me puduit.  
Præstat enim nomen tardè persoluere quam si.  
Ingratum accepti tradere, & immemorem.*



AD D. M. N.  
M. AVBURGIVM  
THEOLOGIÆ DOCTOREM  
ET COLLEGII MONTIS ACVTI  
moderatore[m].

EPIGRAMMA.

*Ingratus penitus viderer hercle,  
Indignusque tuis frui & beatis  
Auburge Officiis, nihil profecto  
Thesauris arabum minoribus, vel  
Gemmis ditibus india æstuosa,  
Si iano reparante deintegro annum,  
Munus pendere liberalitati  
Tanta non studeam, licet referre  
Nostra non sit opis pares vel equas  
Grates, abstulit hoc mihi nouerca  
Sors at non animum bonamque mentem,  
Quam gratus tibi, do dicoque totam*

AD PAT  
NA

Et cupio, e  
Ann

Munera q  
Resta

Nec si vel  
Opto

AD D.  
TV

Ianus ad  
M

Si quis h  
Si o

Nec nun  
Ad

AD PATRVM MEVM ET MECOE-  
NATEM BENEFICENTISS.  
STEPHANVM DV BOIS.

## EPIGRAMMA.

*Et cupio, & vereor munus tibi figere, Iano  
Annum clauigero nunc referente nouum.  
Munera quæ figam? mea sunt tua, sola voluntas  
Restat, si per te velle mihi liceat.  
Nec si velle licet per te, saltem licet optem:  
Opto queas annos viuere nestoreo.*

AD D. MEVM COGNATVM ROBER-  
TVM DV BOIS REGIS SCRIBAM.

## EPIGRAMMA.

*Ianus adest renouat labentem clauiger annum  
Munera quisque petit munera quisque refert  
Si quis habet nummos tribuit pro munere nummos  
Si quis habet gemmas, gemmea dat xeniis  
Nec nummos habeo nec gemmas, Carmina tantum  
Adsunt iuncta tamen candida amicitia*





